



**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ  
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1681**

xxxv [i.e. vii]. Sed in exigentiâ impenetrationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

nium quandoquè visi innuere, censendi sunt loqui de mensura radicaliter sumpta, quòd ea sit essentia quantitatis, sicut risibile radicaliter sumptum est de essentia hominis. Idem dic de divisibilitate rei in partes quantitativas.

VII. Sed essentia seu ratio formalis quantitatis est exigentia impenetrationis, quâ res quantitativa exigit occupare spatiū distinctioni ab eo, quod occupat quodvis aliud corpus. Melius autem sic explicatur, quām per hoc, quòd sit exigentia extensionis in ordine ad locum; hoc enim non est prædicatum ad quantum quantitatis, cùm dicat tantum partes rei esse extra partes, adeoquè partes tantum inter se non penetrari, non autem dicit, partes non penetrari cum alio corpore. Habetur autem hæc actualis impenetrativa extensio (quæ formaliter exigitur à quantitate) formaliter ab ubicationibus quantitatibus, subjectum actu in loco impenetrabiliter extendentibus. Unde effectus formalis primarius quantitatis est, reddere subjectum exigens extendi impenetrabiliter, non reddere illud actu extensem, potest namque esse quantitas, & tamen subjectū non extendi.

tendi impenetrabiliter, ut patet in corpore Christi verè quanto, & tamen penetrante lapidē le pulchralem. Ex eo autē, quod quantitas unita subjecto indivisibili, non redderet illud exigens dictam extensionē, nihil nobis contrarium deducitur; est enim quantitas tantum apta hunc effectum communicare subjecto capaci, quale tantum est illud, quod habet partes entitativas.

VIII. Linea & superficies sunt veræ & distinctæ species quantitatis; essentialiter enim participant rationē quantitatis; nimirū extensionē & impenetrabilitatē secundū rationē formaliter diversā; linea nēpe secundū longitudinem tantum, superficies secundū longitudinē & latitudinē. Sunt tamen logice solum diversæ species, seu secundū nostrum concipiendi modū, abstrahentē vel à latitudine, vel à profunditate, seu cognoscētem rem divisibilē tantum secundū longitudinē, vel secundū longitudinē & latitudinē; à parte rei enim non datur res divisibilis tantum secundū longitudinem &c. Neq; etiam una species essentialiter includit speciem sibi oppositā; linea enim accepta formaliter, prout est quantitas habens longitudinem & excludens lati-